

DE II. LOCO.

Quia venit dies: Ratio antecedentium, quare abscondita sint Judæis, quæ ad pacem pertineant. *Q. d.* DEUS sivit illa tibi esse abscondita, ut puniat te propter peccata tua atrocissima, ut Christus ipse se explicat: Domus vestra vobis relinquetur deserta.

Matt. 23

V S V S.

DEUS excæcat homines, propter antecedentia peccata, non ex absoluto aliquo decreto, ut pænam, tam æternam quàm corporalem, non curent, nec desiderent quæ ad pacem illorum faciant, ut Pharaonem, Ahabum, & ita justas pænas luant. Fugiamus itaq; peccata, ne

Exod: 7.

Reg: 22

ψ 2.

Dominus ita loquatur nobis in irâ suâ.

Inimici vallo te cingent: Filij tui, qui in te sunt, circumdabunt. In summa *non relinquetur lapis super lapidem, &c.* Pæna prædictio.

V S V S.

1. Si Deus naturalibus ramis non percit, multominus si in peccatis perseveraverimus, nobis parceret.

Rom. ii.

2. Si Hierosolymitani egissent pœnitentiam, potuissent has pænas atrocissimas effugere, quod testatur ipse Deus, & Exempl: Ninivitarum.

Jere. 18.

Jonæ 3.